ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 128r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Secundum hoc ergo & prophetarum maximus moyses, in presenti lec
tione dicit ad dm: quod gracili uoce sit & tardus lingua. & qd
non sit eloquens. Omnes enim homines ad comparationem
uerbi diuini non solum ineloquentes sed & muti putandi sunt;
Quia igitur in id intellegentiae proficit ut agnoscere & semetip
sum in quo est pars maximae sapientiae. remunerat eum
diuina dignatio; audi quam optimis magnificisq; mu
neribus. ego inquit aperiam os tuum & instruam te. quae
oposteat te loqui. Beati sunt quorum dr os aperit ut
loquantur. pphetis dr os aperit & replet illud eloquio suo. sicut in p
senti dic; Ego aperiam os tuum & instruam te. quae oposteat
te loqui; Sed & p dd dicit dr. Dilata os tuum & replebo
illud. Similiter & paulus dicit. ut detur mihi sermo
in adaptione oris mei. Eorum ergo qui uerba di locuntur.
os dr aperit. Uereor autem ne sint aliqui quorum econtra
rio tabulus os aperiat; nam qui loquitur mendacium. cestum est
quia tabulus aperuit os eius ut mendacium loqueretur;
qui falsum testimonium dicit. qui scurrilitates. qui turpitu
dines. & cetera huiusmodi de ore suo proferunt. tabulus
aperuit os eorum; uereor ne & susurronum & detractorum
os tabulus aperiat. Sed & eorum qui otiosa uerba pro
ferunt pro quibus reddenda in die iudicii ratio est.
Iam uero qui iniquitatem in excelsum loquuntur. qui negant
dnm meum ihm xpm in carne uenisse. uel qui spm scm